

W 6
109



J. J. 24, 37.

Wb
159

LXXVI.

Q. B. V.



DARMSTADINAM

IN

IVBILEO
ACADEMIAE GIESSENSIS

A. MDCCVII.

exultantem

ACTV ILL. GYMNASII SAXO-HENNEB.
ORATORIO

exhibitum iri

publico programmate intimat

M. GODOFREDVS LUDOVICI, R.

SCHLEVINGAE,

exscribente G. W. GOEBELIO, Ill. Gymn. Typographo.





DARMSTADIA

HASSIA HENNEBERGIAE nostrae & vniuersae simul Saxoniae multum profuit, BERTHOLDO, PRIMO in antiquissima gente Hennebergica PRINCIPI, in matrimonium data ADELHEIDE, HENRICI Hassiaci, Infantis Brabantini Gnata, ea enim ipsa familiam Hennebergensem feliciter propagauit, & Conjugi suo HENRICVM peperit, parentem CATHARINAE, Matris FRIDERICI Bellicosi, Marchionis Misniae & Saxoniae hodie Eledorum Ducumque memoratissimi Satoris. **H**ASSIA speciatim DARMSTADINA, ex quo PHILIPPI Magnanimi ex CHRISTINA Saxonica filii regiones inter se partiti sunt, & in HENNEBERGIA ex foedere SAXONIAE Duces successerunt, cum NVTITORIBVS Gymnasi nostri SERENISSIMIS ardissimo connubiorum vinculo copulari voluit & quam maxime coniungi. IOHANNES GEORGIVS I., Eedor SAXONIAE gloriosissimus, GEORGIO II. Hassiaco, Calendis Aprilibus, anno supra mille, sexcentos, vigesimo septimo nuptum collocauit filiam primogenitam SOPHIAM ELEONORAM, ipsam non HASSIAE solum DARMSTADINAE LANDGRAVIORVM, sed & familiae CAESAREAE parentem aliam multoque fulgentissimam. Anno seculi superioris sexagesimo sexto LUDOVICVS VII. Landgravius HASSIAE domum duxit ERNESTI III. PI^I DVC. SAX. Gnatam, quae a Marito suo disiuncta annos viduos Buzbaci transmisit hactenus. Anno septuagesimo primo, duodecimo Calen-

Calendas Decembres, BERNHARDVS III. SAX. DXX, & NVRTRITOR quondam Gymnasit heic Schleusingae Indulgentissimus, priore matrimonio & solenni nuptu duxit MARIAM HEDWIGEM, GEORGII II. Landgrauii HASSO-DARMSTAD filiam, quo ex thoro prodidit ERNESTVS LVDOVICVS, Princeps ac NVRTRITOR noster clementissimus. Desponderi sibi petierat anno septuagesimo octavo LVDOVICVS VIII. HASSIAE Landgrauius ERDMVTHEM DOROTHEAM, SAXO-NYMBURGENSEM, & MAVRITII GVILIELMI, Principis & NVRTRITORIS nostri clementissimi, Sororem germanam, nunc Viduam CHRISTIANI II. DVCIS Saxo-Merseburgensis, LVDOVICVS vero ante commemoratus in ipso nuptiarum apparatu & aetatis flore rebus humanis Gothae eruptus fuit. Et anno nonagesimo quarto eiusdem seculi superioris, pridie Nonarum Novembris, CHARLOTIAM SOPHIAM DOROTHEAM, Principem HASSIACAM Darmstadino-Homburgensem, nuptiis secundis sibi sociavit IO. ERNESTVS, DUX SAX., ante quadrimestre maioribus redditus, GVILIELMI ERNESTI, Principis itidem & NVRTRITORIS nostri maxime propitiū Frater germanus. Alia enim summae coniunctionis vincula, quibus SAXONES & Hassos colligari scimus, silentio praetermitto eo facilius, quo magis cognita omnibus sunt & perspecta, rectiusque ex iam allatis iudicari potest de Iubilis Hennebergiae nunc Saxonicae, suscepitis quidem in Illustri Gymnasio Saxo-Hennebergico, antiqua literarum sede, ob Iubila Hassiae Darmstadinae in IVBILEO Academiae Giessensis, seculo abhinc a LVDOVICO VI., Hassiae Landgrauio, cum solitudine excitatae.

HASSIA nimurum veluti cum HENNEBERGIA, ubi Gymnasium est, a progenie BERTHOLDI, GEORGIO ERNESTO, POSTREMO ex Hennebergenium PRINCIPVM prosapia, constitutum, necessitudinem habuit & cognitionem; veluti etiam nunc a SERENISS. nostris NVRTRITORIBVS, DVCIBVS SAXONIAE, & SERENISS. HASSIAE LANDGRAFIS amoris mutui & amicitiae officia diligenter seruantur saneque: ita tantum abest, ut ILL. SAXO-HENNEB. Gymnasium in HASSIACA festiuitate natalitia seculari tacere possit, & congratulationem gaudiaque de incolumi Academiae GIESSENSIS statu suppressare, ut potius Iubila sua gestiat admiscere, & adolescentes quosdam prodire patiatur,

HAS-

M. 159 F.

HASSIAM DARMSTADINAM in IVBILEO ACAD.
GIESSENSIS exultantem sequenti ordine ac modo exhibituros.

I.
AVGVSTVS WILHELMVS Thilo/ Meiningensis,
dicere exordietur ita , vt, prologi vice, Auditores commilitonibus suis
beneuelos faciat & attentos,

II.
IO. CHRISTOPHORVS Haß/ Kundorfensis,
HASSIAE DARMSTADINAE descriptionem sermone prorso Latino,
sed metris Germanicis conuestito, constituet,

III.
ADAMVS CHRISTIANVS Gößner/ Hinternauensis,
Vrbi GIESSAE adiiciet oculos, eandemque sermone Latino soluto
& Graecis quibusdam versibus perlustratam afferet,

IV.
IO. LAVRENTIVS Weichard/ Sulzfeldensis,
Ortum & fata ACADEMIAE GIESSENSIS nunc iubilantis Latinis
& admisto iterum versu Germanico , enarrabit,

V.
HENRICVS SIGISMUNDVS Raupp/ Dorndorffo-Thuringus,
COLLEGIVM, quod GIESSAE est, LVDOVICIANVM verbis
Latinis, iunctisque ad calcem Graecis versibus , mirabitur
& proponet,

VI.
CAROLVS CHRISTIANVS Schüz/ Meiningensis,
Distichis Latinis & praesens Academiae Giessensis IVBILEVM seculare
denotabit, & congratulationem nostram , quae hinc
fuscipitur , afferet,

VII.
GEORGIVS CHRISTIANVS Schade/ Kundorfensis,
Epilogo Latino benignitatem Auditorum grata prosequetur memoria,
totamque adeo concionem dimittet.

Ad Panegyrin autem hanc Oratorium & audiendam beneficiorum
diuinorum recordationem , quae apud nos posterosque nostros in honore
esse debet , vt, si per occupationes possint, ex Grata, beneuelentia & fa-
vore velint , cras conuenire dignentur , qui Musas nostras suo tegunt
praesidio , & dignitati earundem fauerunt hactenus , demissæ , & quibus
par est , precibus , peto atque contendeo . Schleusingae XVI. Calendas
Nouembris , Anno , a Christo nato , supra millesimum , septingentesimum ,
septimo.

ULB Halle
006 809 448

3



VD18





F. W. 24, 34

Wb
159

LXXXVII

Q. *B.* *V.*



DARMSTADINAM
IN
IVBILEO
ACADEMIAE GIESSENSIS
A. MDCCVIL
exultantem
ACTV ILL. GYMNASII SAXO-HENNEB.
ORATORIO
exhibitum iri
publico programmate intimat
M. GODOFREDVS LVDOVICI, R.

SCHLEVSINGAE

exscribente G. W. GOEBELIO, Ill. Gymn. Typographo.



A Farbkarte (color card) featuring a ruler scale at the top. The scale is marked in centimeters (0 to 8) and inches (0 to 3). Below the ruler are four columns of color patches: Cyan, Green, Yellow, and Red. To the right of these are three more columns: Magenta, White, and a column for '3/Color'. At the very bottom is a large dark blue square. The text "Farbkarte #13" is printed vertically along the left side of the color patches.